

tellegitur. namque et grandiores cernuntur et tanto volani pinnarum stridore, ut [aliae] alites credantur, solemque obumbrant sollicitis suspectantibus populis, ne suas operant terras. sufficiunt quippe vires et, tamquam parvas maria transisse, immensos tractus permeant diraque messibus nube contegunt, multa contactu adurentes, omnia vero morsu erodentes et fores quoque tectorum.

105 Italiam ex Africa maxime coortae infestant, saepe populo Romano ad Sibyllina coacta remedia confugere in opiae metu. in Cyrenaica regione lex etiam est ter annis debellandi eas, primo ova obtendo, dein fetum, postremo 106 adultas, desertoris poena in eum qui cessaverit. et in Lemno insula certa mensura praefinita est quam singuli enecatarum ad magistratus referant. graculos quoque ob id colunt adverso volatu occurrentes earum exitio. necare et in Syria militari imperio coguntur. tot orbis partibus vagatur id malum. Parthis et haec in cibo gratae.

107 Vox earum proficisci ab occipitio videtur. eo loco in commissura scapularum habere quasi dentes existimantur eosque inter se terendo stridorem edere, circa duo maxime aequinoctia, sicut cicadae circa solstitium. coitus locustarum qui et insectorum omnium quae coeunt, marem portante femina, in eum feminarum ultimo caudae reflexo tardoque digressu. minores autem in omni hoc genere feminis mares.

108 30. (36) Plurima insectorum vermiculum gignunt, nam et formicae similem ovis vere. et haec communicant laborem, ut apes, sed illae faciunt cibos, haec conduunt, ac si quis compararet onera corporibus earum, fateatur

2 uncus posui cum Detl. 3 obumbrant ed. Gel. -antes dT. -ans Mr. -rent edd. vett. 5 diraque Mdv. -ram- r. 6 nubem ad. 7 moru D. in orbe a. | rodentes a. 8. 9 populo Romano Ianus. PR. M. populo rv. 9 coacto Mv. -arto r. 11 obtendo Mv. obce- D. opce- R. obicere a. deterendo dT. 12 poena in v. -nam R². -narum R¹. -nam in Mr. 19 existimantes Da. 20 terendo v. -dos U. 26. 27 dist. ego. 27 hae v. haec U. cfr. X 85. | communicant ego. -tes U. cfr. v. 3 (obumbrant) et p. 233, 19 (obeunt). 28 ut apes sed illae R² ed. Gel. sed apes utiles (-lae D. uti ille R¹) rv.

sullis portione vires esse maiores. gerunt ea morsu. malora aversae postremis pedibus moliuntur umeris ob-
atae. et iis rei publicae ratio, memoria, cura. semina¹⁰⁹
adrosa condunt, ne rursus in frugem exeant e terra,
malora ad introitum dividunt, madefacta imbre proferunt
atque siccant. operantur et noctu plena luna, eadem
interlunio cessant. iam in opere qui labor, quae sedu-
llitas! et quoniam ex diverso convehunt altera alterius
ignara, certi dies ad recognitionem mutuam nudinis dan-
tur. quae tunc earum concursatio, quam diligens cum¹¹⁰
obvis quaedam conlocutio atque percontatio! silices itinere
earum attritos videmus et opere semitam factam, ne quis
dubitet et qualibet in re quid possit quantalacumque ad-
siduitas. sepeliunt inter se viventium solae praeter ho-
minem. non sunt in Sicilia pinnatae.

31. Indicae formicae cornua Erythris in aede Her-¹¹¹
culis fixa miraculo fuere. aurum hae cavernis egerunt
terrae in regione septentrionalium Indorum qui Dardae
vocantur. ipsis color felium, magnitudo Aegypti luporum.
erutum hoc ab iis tempore hiberno Indi furantur aestivo
fervore, conditis propter vaporem in cuniculis formicis,
quae tamen odore sollicitatae provolant crebroque lacerant
quamvis praevelocibus camelis fugientes. tanta pernicitas
feritasque est cum amore auri.

32. (37) Multa autem insecta et aliter nascuntur, at-¹¹²
que in primis ex rore. insident hic raphani folio primo
vere et spissatus sole in magnitudinem milii cogitur. inde
porrigitur vermiculus parvus et triduo mox uruca, quae
adiectis diebus accrescit, immobilis, duro cortice. ad
tactum tantum movetur, araneo accreta quam chrysalidem
appellant. rupto deinde eo cortice volat papilio.

1 portatione R². 6 eadem Dad. 9 dies U. v. indices
Detl. 17 hae D. hee d. he D. e a. ex v. | egerunt R² v. ger- r.
18 terrae v. -ra U. 19 fedium d. faed- Da. 26 ex
rore v. rore R². ex ore r. 27 vere et R² v. vereatur d¹.
-satur d². uerset r. 28 porrigitur R² a Gel. corr- D. rigitur R¹.
oritur d edd. ante Gel. 30 accreta d Hard. -to R. occreta D.
hoc creta a. Haec eruca edd. ante Hard. 31 eo om. R.